Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

infixe sunt gentes in interitu quae
fecerunt In laqueo isto quem abs
conderunt comprehensus est pes eorum
Cognoscetur dominus iudicia fa
ciens in operibus manuum suarum con
prehensus est peccator Convertantur
peccatores in infernum omnes gentes
quae obliuiscuntur deum Quoniam non
in finem obliuio erit pauperis
patientia pauperum non peribit
in finem Exurge domine non con
fortetur homo iudicentur gentes
in conspectu tuo Constitue domine
legislatorem super eos ut sciant
gentes quoniam homines sunt Ut quid
domine recessisti longe despicis in
opportunitatibus in tribulatione
Dum superbit impius incenditur
pauper comprehendunt in consilijs quibus
cogitant Quoniam laudatur
peccator in desiderijs animae suae et iniqui
tatibus benedicit exacerbauit do
minum peccator secundum multitudinem
irae suae non quaerit Non est de
in conspectu eius inquinatae sunt vie
illius in omni tempore Auferuntur iudi
cia tua a facie eius omnium inimi
corum suorum dominabitur Dixit enim in
corde suo non mouebor a gene
ratione in generationem sine ma
lo Cuius maledictione os ple
num est et amaritudine et dolo sub li
gua eius labor et dolor Sedet in
insidijs cum divitibus in occultis
ut interficiat innocentem Oculi
eius in pauperem respiciunt insi
diatur in abscondito quasi leo
in spelunca sua Insidiatur ut
rapiat pauperem rapere pauperem
dum attrahit eum In laqueo
suo humiliabit eum inclinabit se
et cadet cum dominatus fuerit pauperum
Dixit enim in corde suo oblitus
est deus auertit faciem suam ne uide
at in finem Exurge domine deus exal
tetur manus tua ne obliuiscaris
pauperum Propter quid irritauit
impius dominum dixit enim in corde suo
non requiret Uides quoniam tu la
borem et dolorem considerasti ut tradas eos
in manus tuas Tibi enim derelictus
est pauper orphano tu eris adiutor
Contere brachium peccatoris et ma
lignum quaeretur peccatum illius et non in
ueniet Dominus regnabit in aeternum
et in saeculum saeculi peribitis gentes
de terra illius Desiderium pauperum
exaudiuit dominus praeparationem cordis
eorum audiuit auris tua Iudica
re pupillo et humili ut non appo
nat ultra magnificare se ho
mo super terram ps dauid